Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

intentia mente cogitatur. Iam
qui sic redemptoris sui sangui
nem accipit. ut immari passio
nem illius nec dum uelit. immui
posse sanguinem ponit. qui
etiam in superliminaribus domo
rum ponendus est. Quid enim
spiritualiter domus nisi men
tes nras accipimus. in quibus
per cogitatum inhabitamus.
Cuius domus super liminare
est. ipsa intentio que premitur
actioni. Qui igitur intentione
cogitationis sue. ad imitatio
nem passionis dominice dirigit
insuper liminari domus agni
sanguinem ponit. Sed certe
domus nre ipsa sunt corpora.
in quibus quo usque uiuimus ha
bitamus. Et insuper liminare
ri domus agni sanguinem po
nimus. quia crucem passionis
illius in fronte portamus. de
quo agno adhuc subditur. Et
edent carnes nocte illa assas ig
ni. In nocte agnum quippe co
medimus qui in sacramento in
dimeu corpus accipimus. quam
do adhuc ad intuitum nras
conscientias non uidemus. Que
tamen carnes igni assande sunt.
quia mundum dissolunt carnes
quas aqua coxerat. quos uero
ignis sine aqua et coquit ro
borat. Carnes itaque agni nri
coxit. quia cum ipsa uis passi
onis illius ad resurrectionem
uiuentiorem nos reduxit. atque ad
incorruptionem roborauit.
Qui enim ex morte passionis
conualuit. uidit carnes illius
ab igne diuinitus. Unde et ita
per psalmistam dicit. Et arui
uelut testa uirtus mea. Quid
namque est testa ante ignem.
nisi molle lutum. Sed igne
agitur ut solidetur. Virtus
ergo humanitatis eius uelut
testa exarui. quia ab igne
passionis ad uirtutem incor
ruptionis creuit. Sed solare
redemptoris nri precepta sacra
menta. aduentum sollemnitate
mentis non sufficiunt. nisi eis
queque bona opera uingantur.
Quid enim prodest corpus et
sanguinem illius ore perci
pere. et eis per uersis moribus
contra ire. Unde ad come
dendum bene subditur. Et
azimos panes cum lactucis a
grestibus. Panes quippe sine